2 = ipse e qui circuit omnem terram Ethiopie." le pais de Cus. Cus s'etablit plus vers l'orient, que ses fils Havila, Seba &c. Gen 10 6. et 7, et ce fut sans doute sur les bords du Gehon. Car les peuples autant qu'il leur fut possible, fonderent leurs premiers etablissemens aupres des rivieres pour la facilité du commerce, et pour etre plus a portée de se secourir mutuellement dans le besoin. Vraisemblablement Cus donna son nom a la Susiane, que les Grecs appellerent Kissia, et que les Persses noment aujourd'hui le Chuzestan c'est a dire la province de Chuz. Quand la famille de Cus commença a se multiplier elle s'etendit a l'ouest vers le golfe arabique, et ce fut de la que Mesraim frere de Cus passa en Egypte. Patrick

3 = terra Ethiopie". au lieu de traduire le pais

Le pais de Cus les 70. et quelques modernes apres eux traduisent le pais d'Ethiopie; mais c'est une erreur, puisque l'Ethiopie est en Afrique, et non en Asie. Cependant on peut excuser les 70. par l'observation qu'a fait entre autres Mr. Ludolf, que les Anciens distinguoient deux Ethiopies. Patrick.

Gen c. 2 14.

Et fluvius egrediebatur ex. Gen 2 v.x. ad XV

Sa.

1 Phison s. Ganges

2. Hevilath sic dicta ab Hevila filio Iectan, filii Heber

3. Boellius lapis est: vide Num. 11.

4. Gehon: s. Nilus

5. Contra Assyrios, id est ad orientalem Assyrie plagam.

6. Paradisum locum certum corporalem intelligunt oes Patres praeter Origenem, uti alibi sit et hic allegorizantis. Atq. id circumstantiae, fluminum etc. descriptio aliaq. plura prorsus requirunt

Etius v 8

11. Varie disputatum fuit, ubi sit, l fuerit Paradysus. Verisimillima opinio videtur à junioribus aliquibus tradita, quam et sequuntur Hesselius in 11 sent. distinc. 16, et Ste. Versus hic; Paradysum fuisse in finibus Mesopotamiae, ubi Tigris et Euphrates in unum alveum confluunt, et iterum facto aliqua... (sit non longe a Babylone) abeunt in alveos peculiares, a quibus deinde alia duo flumina Phison, et Gehon derivantur, al. terum in Armenia permeans Phison vocatur, cuius et meminit Ecclesiasticus c XXIV, qui nomen etsi apud prophanos scriptores ita expressum n reperiatur, extare tamen apud illos videtur nonnihil imitatum. Nam Q. Curtius l. 5. testatur Euphratis et Tigris quodam loco ab Incolis vocari Pasitigrim, et Plinius l 6 c. 31. tradit Tigrim findi in duos alveos, atq. ubi remeavere, Pasitigrim appellari.

8 Hevilath, quae sit terra Hevilath quam circuire dicitur Phison colligi potest ex Gen XXV, et 1. Reg XV., certe Strabo eam Regionem collocat in finibus Arabiae, et Mesopotamiae. Alterum alibi fluvius Arabiam desertam petit, et Gehon vocatur cuius itidem meminit Eccl. c. XXIV. Dicitur au. is circuire oem terram Ethiopiae, n illius Africanae quam longissimus partibus pfluit Nilus, d Asiaticae, quae vicina è Arabiae et Mesopotamiae. Eam n Ethiopiam quam Palestinae vicinam, facile est ex sacris lit

vis litteris ostendere. Madianitæ n. vocantur Æthiopes Num. 12, unde
et illud in cantico Habacuc: vidi tentoria Æthiopiæ, turbabuntur
pelles terræ Madian. Quibus adde loca ii Isaiæ XIV. et XXI, et
Ps. 71. et 86.

Mariana

9 De loco voluptatis. Hebr., et Gr. Eden

10 Multa de hoc fluvio expositores, et divinare quis sit il-
le fluvius difficile e. Ego credo fuisse Jordanem ~~quem fluvium~~
~~dea~~ ex nominis conjectura, quippe Hebr. dicitur Jarden, quasi
fluvius Eden, nam Jeor fluvius Hebr. e., in quo Moises du[illegible]
admiranda plane videbat. Alterum quod in æstate inundavit. Jos-
ue 3.16 = Jordanis autem ripas alvei sui tempore messis imple-
vat, quod illi commune e. n. solum cum Nilo, o etiam cum Tigri et Euphra-
te, et Gange ex Plinio, etiam cum plerisque Indiæ fluminibus ex
Arriano l. 5 de reb. Alexandri. Alterum erat quod in mare mortuum
absorbetur, ut ne vestigium amplius extet. Voluit g. per meatus sub
terra a Jordane Paradysi fluvios alios eiusdem nominis derivari, au[illegible]
verti quatuor ~~fama~~ maiores. Et sane Pausanias in Corinthia-
cis n. deere ait, qui Euphratem sub terra rursus erupere, et [illegible]
lum efficere putant.

11 Phison: Nomen Phison intactum expositores relinqu[illegible]
Hieron in Gradit. Gangem credit, secutus Josephum, quem sententia [illegible]
si suscepit. Verum quomodo circuit om. terram Hevilath, quæ [illegible]
cia prope Mesopotamiam videtur fuisse, quod Ismaelitæ c. 25 [illegible]
inferius, extendebantur ab Evilath usque ad Sur, quæ respicit [illegible]
tos: Sunt et int. filios Chus fuit Evilath c. x., et Evilath e[illegible]
dico filius Ophir ex progenie Heber, qui suum nomen fort[illegible]
sui aliis remotiores Gentibus reliquerunt. Peritiores quoque Oph[illegible]
in sinu Bengale, prope Gangem ponunt.

12 Bdellium Vocem בְּדֹלַח bedolah Hieron reliquit in[illegible]
etat. Plerique gemmam putant. [illegible] carbunculum, Hebræi unionem

fa

favet illis locus Num. 11.7. ubi manna dicitur coloris fuisse bdellij. Ego inter arbores Bdellium invenio inter gemmas non invenio. Plinius l. 12. c. 9. ad Sinum Persicum nasci bdellium ait coloris nigri, oliuae simi: lem, folijs roboris. quod si placet, manna erit simile colore non arbori, sed gummi quod ex se profert ea arbor.

13. Onychinus: nostris Cornelina.

14. Ethiopie: ~~ex sacris lit~~ Pererius Gehonem Nilum puta: vunt propter subiuncta verba: ipse ... circuit omnem terram Ethiopie. Sed tamen etsi ex sacris litteris, et profanis non in Africa tantum est Ethiopia, sed etiam altera in Asia: unde uxor Mosis natione Ma: dianitis Ethiopissa dicitur.

15. Phison. Ganges nomen habet ab expatiatione, diffu: sione, et incrementis aquarum; qui sit maximus veteris orbis. malvenda

16. Hevilath. Indie Regio Gen. 10.29.

17. Optimum. Notant aliqui indicari aurum esse purissimum, et mundissimum: scribere enim historicos quod in Indie partes auri obrizi effossum sit, quod pondo quadraginta duo cum dodrante equaverit: fre: quens esse quod gravior pondo habeat, et quod deinde ad septem etiam ac: cedere.

18. Bdellium. Bdellium arborem, et gummi ex eo nascens satis describit Plinius l. 12. c. 9. Galenus 11. vii. x. de Antidotis; et l. vi. simplicium, et Dioscorus l. 1. c. 69. Arborem hic potius quam gem mam quidam inde intelligi volunt, quod ei non proponatur nomen lapis, ut onyche; Serranus tamen l. 1. Bdellium inquit genus esse lapidis. Recte quidam suspicantur, Nostrum non intellexisse de bdellio arbore, seu gummi, sed reliquisse nomen hebreum בדלח, bedolach interpreta: tum, emollitum tamen ad grecum, seu Latinum sonum. Hunc non esse morem Vulgati, ut in vocabulis difficilis significationis relinquat ipsam Hebrai: cam pronuntiationem, texatam tantisper ad grecum, vel latinum usum, seu non in greco, aut latino significatam, idque eius plurimis ostendit

19 Onychinus שהם schoam sive vel onychem interpretantur Nostri Job XXVIII. 16. Sardonyches dixit ubi Job affirmat esse pretiosum: alii beryllum, nonnulli crystallum intellexere. Ctesias Gnidius in excerptis indicis apud Photium - de magnis montibus Indiae, ex quibus sardonyches, et aliae gemmae effodiuntur. //.

20. Gehon Nilus ab aquarum eruptionibus ita dictus, quas cataractas auctores vocant, seu catadupas: ubi inter occursantes scopulos non fluere immenso fragore creditur, sed ruere // inquit Plinius l. 5. c. 9. Alii emissarium exponunt. Qui Phison, et Gehon Seon non Gangem et Nilum maxima flumina, sed duo ingentia fluenta, [illegible], seu eruptiones aut divergia Eufratis, et Tigridis, quae in Mesopotamia postquam Paradysum novo alveo influxere, accipiunt, interpretati sunt; cum Josephus et veterum Patrum plerique, rotunde dicant, videntur mihi sensu comuni caruisse. Emanuel Tremellius, Franciscus Iunius maiori adhuc vanitate quatuor hic Paradisi flumina quatuor unius ipsius Euphratis alveos, seu divergia astruere conati sunt longa dissertatione, quae unica Patrum auctoritas evertit.

21 Ethiopiae כוש chusch quae imperio coheret magni Abyssinorum Monarcha, vulgo male Prete - Ioanne appellato, in qua veri Nili fontes antiquis ignoti, sed nostris notissimi.

22. Euphrates הוא פרת hu perat. Non est dubium quin ex creatis nationibus Hebreis הוא quae, et פרת perat Graeci, et Latini [illegible] unum Euphrates. Notissimus amnis [illegible] de Nat. deor. Mesopotamiam fertilem efficit Euphrates in quam quotannis quasi novos agros invehit. //.

Menochius

23 Huiusmodi eruebat in Paradyso vere exstitit fluvius quatuor horum maximorum omnium origo, licet hi nunc longe dissitis regionibus diversis ceu [illegible] locis scaturire. Id n. [illegible] esse potuit, quia post multos et longos annorum [illegible]

se alicubi sub terra absconderint, et postea ijs locis emerserint, ubi nunc fontes habere credunt. Absorbuerit q illos hanc eorum origine, et postea divisim effuderit.

24. Phison: est Ganges

25. Hevilath: multi volunt ee Indiam, sed Hevila potius hic e regio vicina Susianae, Bactrianae, et Persidi, iacens int Assyriam, et Palestina opposita suv sic n accipit Hevila 1 Reg XV 7, et Gen. 25 18, et ita dicta e ab Hevila filio Iectan, de quo Gen. X. 26

26. Bdellium Vatabl, et Cugubinus vertunt unionem

27. Lapis onychinus שהם soham, quod qd sit vix sciri pt. Alij dicunt ee viridis coloris, alij candidi, alij mixtum candori ruborem habere. Vide Pined Iob XXVIII 16

28. Geon Nilus, quem etiamnu Abyssini vocant Guyon: videt dici ab Hebr גחון gohn id e ventris, vel potius pectus, qa sit quasi venter sordidus, lutoque plenus, l qd quasi ventre et pectore incubet Aegypto, eamq fecundet.

29. Aethiopiae, Assyriae dubij quae vocat occidentalis, ad distinctionem Madianitidis, quae Chananee vicina

30. Circuit per meridionem Arabiae, id e recto prorsus cursu. פרת Euphrates a radice פרה parah id e fructificavit, quia instar Nili exundans terras rigat et foecundat.

32. Origo quatuor fluviorum Phison id e Gangis, Geon id e Nili, Tigris et Euphrates, quos Moses hic dicit e Paradyso scaturire, nullo uno terrarum loco reperitur. Nam Ganges orit ex Caucaso monte Indiae: Tigris et Euphrates ex montib Armeniae: Nilus ex montib Lunae, versus promontoriu bonae spei, vel si magis ex lacu quodam Regni Congi, ut notant qui ea loca lustrarunt (vide do. Iarric. L. 3 Hist. Ind. c. 1). Sed n e impossibile neq improbabile, qd S. Aug. et alij Patres dicunt (nam e fere veterum antiquorum communis sententia) hos fluvios vere ex uno eodem. Tirinus v. 8.

eodemque paradysi fonte scaturire primum, et mox subterraneis cuniculis, et meandris, etiam longissimis, abscondi, atque ijs demum locis quibus nunc se produnt, rursus emergere, (ut de Alpheo, Arethusa, Hispanis Ana, et alijs quibusdam fluminibus constat.) deo sic disponente, ut occultata prima eorum scaturigine locus paradysi hac via mortalibus non innotescat.

Sardonyx. 33. Et fluvius egrediebatur etc. Sed quis quatuor haec flumina post tantam rerum mutationem procerto nunc definiet?[2] Nec proinde est qui locum Paradysi clare ostendat. ~~[illegible]~~ Fluvium qui egrediebatur de Paradyso Jordanem putant aliqui ex notatione nominis Hebr. jarden quasi fluvius eden. Sane[3] יאר jeor rivus est, seu fluvius. Nos aliam etymologiam dedimus, Numer. xxxiv. Absorbetur Jarden in mare mortuum, nec ultra apparet: unde coniecturam est a Jordane varios fluvios derivari sub terra.

34. Nomen uni Phison etc. Qui sint quatuor isti fluvij, inquirunt, quibus obvium est. Tertium, et quartum dat Moyses. Hieronymus in tradi. et Josephus Phison putant esse Gangem, incertum est. Nec magis certum quod aliqui dicunt, fluvium Gehon esse Nilum. Ait quidem Moses, eo hoc flumine ambiri omnem terram Ethiopie, quod non stat in tantum in Africa, verum etiam in Asia fuisse Ethiopiam. Sic sane uxor Moysis Ethiopissa dicta est, quae tamen erat natione Madianitis. Et huius Orientalis Ethiopie passim fit mentio in libris Prophetarum, et bellis Israeliticis.

35 Bdellium. Bdellium universe est quodlibet agreum viscosum quod velut in lapidem durescit hinc tam variae eius nominis versiones.

35 Onychinus. Hebr. שהם non est improbabile esse eundem lapidem cum sardonycho, quo fit ut Vulgatus Job 28.16. ubi est שהם vertat sardonycham. Varie tamen id in varijs locis vertitur, ut hic lapis varijs in nationibus potuit varia habere nomina. De his

his lapidib. Ezech. XXVIII. 13.

37. Nullā fortasse in Scripturā quaestionem invenieris, quae Scripto: Calmet. 8.
rum magis in diversa iactavit sententias, quam haec de situ Paradysi ter:
restris, neque aliud magis impeditissimam huius materiae difficul:
tatem ostendit, quam haec sententiarum varietas [illegible] varias sententias
ponit. Veteres se ab hac quaestione abstinuerunt, et Jansenius putat
ante septimum seculum neminem curam fuisse Terrestris Paradysi
situm signare, statuere. Hac autem in re praestaret forte veterum
Patrum silentia imitari.

38. Nemo hactenus diligentius vetus Abrincensi Episcopo Huetio
quaestionem hanc pertractavit in dissert. de situ Parad. Terr.; in qua ipse col:
locat a situ in quem Tigris, et Euphrates pariter confluunt, quem hodie
Arabes fluvium appellant, ad [illegible] locum, ubi flumen ipsum di:
[illegible] in sinum Persicum [illegible]. Eo porro in Orientali
huius fluminis ora constituit, quod, si alvei sui, id est [illegible]
[illegible] habeat, [illegible] ostia si:
[illegible] sinum [illegible] effici:
cunt fluvios, duos quidem superiores Euphratem, et Tigrim, infe:
riores duos s. Phison, et Gehon. Phison occiduus est, Gehon
vero eous Tigris alveus, in sinum Persicum defluentis. Haud
[illegible] ab Huetii sententia Bochartus [illegible] quod
videre est ex pluribus operum illius locis, Phaleg l. 1. c. 4., et de Ani:
mal. sacris parte 2. l. 5. c. 5.

39. Maxime licet nobis sint in honore hi summi viri, minime
tamen praetermittendum arbitramur, quin aliqu. in difficili adeo quaestione
operosius ac diligentius investigemus. Ostendere autem admittimur,
Terrestrem Paradisum in Armenia situm fuisse inter Tigris, Euphratis,
Phasis, et Araxis origines, quia in re supponimus Mosem in
Arabia petrea Genesim scripsisse, et locorum de quibus verba facit,
situm constituere habita ratione huius Regionis. Credimus quoque
illum

illud Israelitis terrestris Paradysi situm describere ex vestigijs illis quae aeva sua adhuc superfuerant, et ex quib, saltem pre[illegible] propriis noscere poterant ubi locorum hic Paradysus fuisset. Cui[us] ig. Mosis verba: et fluvius egrediebat p. ea, qui inde dividit in quatuor capita, & in natis qui primum sese offert sensu intelligimus de fonti, & lacu ex quo quatuor flumina origine ducant. deinde duo nob. certa suppe: ditant vestigia in Eden, Paradysi situm cognoscendum hoc e. Ti: gris, et Euphratis qui illic fluere incipiebant.

40. Nunc au ordo atq. vo postulat ut aliorum duorum fluminum ex quib Moses loquit, investigemus origene in eo loco eodem atq viridario Eden. constituamus int fontes fluviorum, qui nob Euphrati, ac Tigri propiores occurrent: dum vero ibi alios quorum Moses meminit, quatuor inveniamus, neq. ex vivi dario ullam Provinciae efficiamus. Oia ig. singillatim textus verba iuxta hypothes. nostram, ague, [illegible]

41. [illegible] de tempore [illegible] Paradysi condit. [illegible] Eden ee nomen loci appellativum, eoq. peculia: ris Regio designari. et de situ eius, qd fuerit in Armenia ad Euphratis; et Tigris origenes.

43. Diodorus Siculus l. [illegible] de Agris [illegible], unde Tigris manat, loquutus miram loci fertilitatem describit, ait n. pluvij irriga: ri fontib, ac magna adeo dulcissimorum cuiuslibet generis fructuum copia gignere, ut lintrib secundo flumine p Tigrid, qua longe de: fluit Babylonem usq. deferant. Q. Curtius l. 5. initio testatur regio: nem, quae proxima e Euphratis, ac Tigris fontib miram ee fertili: tatis, itaut a pascuis abducenda sint pecora, ne nimia pinguen: dine obesa disrumpant. Hanc au ubertatem duorum fluviorum aquis censet referendam quae solum permeant atq irradiunt. Hec adhuc reliqua s. e felicissimi illius Viridarij delitijs, in quo Deus Parentes nostros primitus collocarat

44

44 Et fluvius egrediebatur ec Hæc si pressius ad litteram verba intelligere velis, videres ex Provincia Eden magnus efluxisse fluvius, qui cum in Paradysum illapsus eum circumundique irrigasset, in quatuor capita dividebatur, quorum unumquodlibet ad instar maximi fluminis erat, quæ Euphrates, Tigris, Phison, et Gehon nuncupabantur. At cum res secus interpretes docuerint Paradysum in Terra Eden fuisse et amnem qui illum irrigabat, et deinde[?] qui in quatuor flumina dividebatur fuisse in Paradyso eodem, nos huic hypothesi [illegible] nostra argumenta proferimus. Neque expectes a nobis in Orbe fluvium inveniri, vel fontem qui immediate ac palam quatuor flumina [illegible] Euphratem scilicet, Tigrim, aliosque duos fluvios, quod neque [illegible] tempore extitisse probari potest neque eos de quos Moyses diserebat, hoc pacto isthæc intellexisse satis est ut [illegible] diluvium [illegible] Paradyso [illegible] est hæc flumina, ut Moyses ait, immediate ex illo prodirent; aeque satis esse debet si in Provincia Eden ostenderimus fontes Euphratis, aut Tigris, aliorumque [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] egregie venerint quæ de Phison, et Gehon Moses loquutus est. Fluvius fontes hos loco movere potuit, atque post tot annorum millia, tot terræ motus, tot rerum perturbationes, mirum videri potest, si fluviorum origines rarum ab eo loco recesserint, ubi olim scaturiebant.

45. Sententia quæ, Tigris et Euphratis unam fuisse originem, neque recens est, nec Moses prioribus a pluribus veteribus communis Lucan Pharsal. l. 3 Boet. l. 2 de consol. Hug. carm. l. vi. de et Salustii fragmenta quos tamen amnes diversis nunc erumpere fontibus certum est, atque aliis in Armeniæ locis manare. Verum licet ab altero distet, hac de re minime dubium suboriri potest, quandoquidem Moyses ait, unam eandemque originem olim illis fuisse, atque de terrestri Paradyso emanasse. Ab hanc quoque dies ex iisdem Armeniæ montibus, licet in satis modico intervallo quatuor maxima flumina de-

fluunt

fluunt: Euphrates quidem ad occasum, Araxes ad ortum, Phasis ad Boream, et Tigris magis procul ab Euphrate ad meridiem.

46 Ostendit Euphratem et Tigrim ex eodem Armeniae montis ~~non longe~~ (Carduchi montes appellantur) non longe ab invicem dimanare . . . .

. . . At vero narratione quadam Missionis Curdistanensis an. 1681. legimus, esse in Regione Yeidez eos, qui a Jesu Christo nomen ~~[illegible]~~ deriment, et Xanam Religionem profitentur. Hi Populi e Curdis sunt, qui tentoriis sese tegunt, illuc immigrantes, nec ulla statas obtinentes sedes vivunt; et qui dum in estate calor maxime saevit, in incundissimas stationes secedunt loca amoena, qui Ben-gueil, h. e. mille fontes vocant. Adest ibi collis speciosissimis arboribus consitus ac uberrime floribus exornatus, ubi e mille desiliunt scatebris, ac fontes, qui in subiecta valle dilapsi in quatuor alveos effluunt; et quatuor maiora flumina efficiunt, h. e. Tigrim, Euphratem, Araxem, et Chabur, quorum aquae pluviae subterraneis acceptae latebris, subinde post plures ambages prodeunt. Ubi hic Populorum traditio, quasi situm ibi Terrestre Paradisum fuisse, incole credant . . . .

48. Conspiciuntur in ~~[illegible]~~ Armeniae tractibus pulcherrima loca, eximiis pascuis, divitibus aquis, pomiferisque arboribus uberrima in ~~[illegible]~~ Cyprus l. 3.; neque plurimi defuere Auctores, qui Terrestrem Paradisum in Armenia positum fuisse crediderint, atque eo in tractu ubi sese offert tetrorum regionis illius montium maxime sublimis mons Ararat, ubi Armenii constanti traditione edocti, arcam Noe post diluvium resedisse, constantissime affirmant.

49 Nomen vero Phison, primo e quatuor fluviis, qui e fonte Eden emanant e' Phison, Phasis celeberrimus Colchidis fluvius. Nominis similitudo Phisonis et Phasis satis e' perspicua; et vox Phison, quae significat crescere diffundi, apprime Phasi convenit

convenit. Hoc flumen in Armeniae montibus exoritur, Plin. l. 6 c. 4. 5, Strabo l. 11., atque in Euxinum se exonerat, ostium circa Colchidem fluviorum maxime insignis. Hic aliis fluviis auctus, qui sese illius alveo subinde immiscent, gravissimis navibus fluvius est circa 38 ac septingentorum passuum tractus: at minoribus actuae triremibus illinc aditus patet.

§ 10. Ipse est qui circuit omnem terram Hevilath. hoc fluvium Phison a [illegible] tribus distinguit. Duo autem in Scriptura occurrunt viri hoc nomine Hevilah; alius quidem filius Chus Gen. 10. 7., alius filius Jectan Gen. 10. 29. Horum alterutrius regionem quandam in Arabia deserta coluit ad extremum Euphratis, qui ad finitimos ad occidentem Ismaelitas et Amalecitas haberet, latus usque ad desertum Sur, Egyptum versus terminabatur, ut liquet ex Gen. 25. 16, et 1. Reg. 15. 7.

§ 11. Sed uter ex ambobus Hevilah, filiusne Chus, an Jectan regionem Phison incoluerit, istic nostra parum refert. Verum ad rem nostram satis est eorum alterutrius [illegible]: hunc [illegible] filium Jectan fuisse libentius crediderim, [illegible] posteros Jectan in Armeniam, ac Mesopotamiam, atque finitima effusos fuisse. Hoc sane dicit: Arfaxad filius Sem, satis partes Mesopotamiae, et Armeniae obtinuisse. Haud itaque a fide abhorret Nepotes Arphaxad in [illegible] illis terrarum eque ac patrem suum, esse immoratos, quorum hereditatem hoc pacto Moyses describit Gen. 10. 29. 30 = Ophir, et Hevila, et Iobab. omnes isti filii Jectan; et facta est habitatio eorum de Messa pergentibus usque Sephar montem orientalem. Nomine Messa, l. Masa Masium montis in Mesopotamia intelligimus; nomine vero Sephar, l. Saphar, regionem Sarapararum, l. Sapirorum in Armenia quidem [illegible] scripserunt. Siquidem vere s ad orientem, usque ad Sephar montem orientalem. [illegible]

§ 12. Circuit vox ista qua Moises utitur ut cursum Phison describat, Phasi apprime respondet, nam recipta in Maeandri morem allabitur

allabit, neq. praestare aliud in orbe fluvium invenies, qui maiores ambitus habeat; quapp plurimi instruendi fuere pontes de quib. Plinius l.6. c.4. = Pontib. centum viginti pervius.

53. Ubi nascit aurum, et aurum terrae illius optimum e.. sequentes in omne terrarum Orbe regiones s, quae ac Cholchis auro suo insignes, seu magna, quae inde advenerunt, auri vi pspexeris; seu ad metalli huius puritate ac pfectione animum intenderis. Nemo enim vellerii aurei fabulam nescit, quae, quidem ab historia originem duxit. Strabo n. l.2. pag. 479. fluvios ac torrentes regionis Cholchidi proximae, undis suis aurea fragmenta devehere refert, quae regionis incolae ex aquis in pelles velleribus suis vestitas, vel in pforatos alveos colligunt. Plinius l.33. c.3. loquit de aureis cubiculis, laquearib, columnis, argenteisq. fulcris, quae oia in Cholchide fuisse testat; atq. veteres Scriptores maximas Regionis huius opes extollunt. Apud Veteres maiori in pretio habebat aurum in fluminum arenis contractum quod e fodinis educebat: neq. n. ullum absolutius aurum e, cursu ipso tritum, pfectumq; id ac confirmat qd Moises inquit. et aurum terrae illius optimum e ||. Sin au. Mingrellia quae, vetus e Cholchis, hodie nequaq divitiarum suarum copia celebrat, eu mirum cuiquam sit? Sine plurimas novimus Regiones olim opib. suis, fodinis, emporiis, virtute militari, sciis, et cultu celeberrimas, ubi nihil modo reliquum e, qd veteri locorum existimationi respondeat? Ferunt tn au hanc usq. diem divitias auri fodinas in Mingrellia reperiri, quas quidem indigenae celant, ne ad Turcas, l. Persas alliciant

54. Ibi invenit Boellium, et lapis Onychinus: Hebr. ibi invenit Bedolah, et lapis Schoham ||. Quae, nequaq n. sunt nobis pspecta. s. Bedolah istic a 70. vertit ανθραξ carbunculus, in Num. vero c.11.7. crystallum, quorum priorem explicationem plerique.

plerique Graecorum, Latinorumq Patrum sequuntur, uti Huet in ?sert de Parad. S. Hieronymus Aquila, Symachum, et Theodotione secutus Bdel-lium vertit; at alij Genus esse putant seu Pyreris arbore, seu Le. cuius interpres Persa tamen Bdellium esse putat, Arabi vero, et com-plures alij Viri sapientis, uniones esse statuunt. Ex Rabbinis an. alij crystallum esse censent, adamante alij, alij iaspide, alij smaragdum, seu aliu quemda ex lapidibus pretiosis.

At ut adducar, ut censeam hunc pretiosum lapidem esse. Moi-ses collocat voce eben lapidem ante Schoen, ut an. ante Bedolah. Sen-tentia quae istud de Bdellio interpretatur, innititur primo nominum similitudi-ni, quae sane vel Josephum, ac S. Hieronymum impulit, ac recentiores in-terpretes plerosq, ut de Bdellio explicarent. secundo probatur, ex quo Man-na Num. 11. 7. colore cum Bedolah comparatur, at Manna eque ac Bdellium croceum colore referunt, uti a Salmasio ostenditur de Homonymis Hyles iatricae, c. 104. Bdellij quoqa species ex Media, l. ~~Scythia~~ Scythia adve-hitur, et Scythica appellatur Scythia Cholchidi erat proxima. ~~Seta~~ Scy-thae, na q. ad Phasim usq. late pertinebant, ut infra ostendemus.

Porro Bdellium est gummi arboris cuiusdam in Arabia, ac ali-bi passim in Oriente. Plinius l. 12. c. 9. ut, optimum Bdellium a Bactrianis irrigentur advehit, et arbore ex qua gignitur nigra esse, ac oleae magni-tudine pare, quercui foliis similem, fructu vero a Caprifico ab-horrentem. Bdellium pellucidum esse debet, et cerae instar croceum, gustu amarum, pingue, et unguositati in comburitur, odorem referens. provenit etiam in Arabia, in Indis, in Media, in Babylonicis agris. Hec an apud Plinium habemus de Bdellio.

Qui Bdellium de unionibus interpretantur, cum inde posse Ma-na affirmant. Bochartus de animal. sacr. p. II. l. 5. c. 5. pro hac sen-tentia propugnatores adfert Arabicas, Syriacasq. Versiones, et Thal-mudistas. Saadiam, Olugim, Strabum, Mercerum, aliosq. Satin in quidem est, hodie nullum esse in flumine Phison piscatum. verum in-

pristinis

finitimis explicant marib, et vel deee, I negligi fortasse potuerunt, ut se-
cus ac Regionis eiusdem fodine.

58 Lapis onychinus. Quo ac lapidem schoem non secus ac
Bdolah nos fugit. Septuaginta hanc alibi vocem reddentes ut sibi constant
isic lapidem prasinum vertunt, alibi vero onychem, smaragdum, beryllum,
sapphirum sardonychem reddunt. Tres Græci interpretes onyces esse putant,
smaragdum Philo, Josephus Sardonychem. S. Hieronymus hic onycem
transfert, at in Iob Sardonychem. Omnia vero Hebræorum Lexica firme onychi
ci suffragantur. Paraphrastes Onkelos, et Jonathan, Moyses Bar-Cepha,
interpres Arabs, et Syrus schohem de Beryllo explicant. Vetus Ita-
lica Versio, Eusebius, Severianus, S. Ambrosius, S. Aug., ac plures
alij Sancti a Septuaginta minime recedunt.

59. Calmet de smaragdo intelligit; ostendit pretiosiores sma-
ragdos esse scythicos, qui inveniuntur in Scythia Asiatica, quæ ad
Phasim usque protenditur.

60. Nomen fluvij secundi Gehon. Nullum in orbe fluvium no-
vimus, qui Gehon vocetur, ni forte hic sit Oxus quem Arabes Ge-
hon appellant, et qui in Caspium mare prope Orientales oras de-
urit. Abyssini quoque Nilum Guyon appellant; at si animum ad ea
quæ Moyses de Gehon loquitur advertamus, et fluvium inquira-
mus qui non procul a Tigris, et Euphratis fontibus origine ducat
nullum præter Araxem inveniemus, cui hæ notæ conveniunt. Celebrem
enim quidem flumen quod ex monte Ararat sex passuum millibus
ab Euphrate procul erumpit et qui in mare Caspium se exonerat
ut a apud Plinium l. 6. c. 9. Strabo l. 11. vocat Abos montem unde
Euphrates atque Araxes sortiunt origine.

61. Hebræum nomen Gehon quod a radice prodit, quæ cum
impetu defluere significat, belle quidem Araxis naturam designat
qui ingens fluvius est, et rapidissimus, subinde pluviarum ac
torrentium aquis, quæ in ipsum defluunt tumescit, et qui ea

tis nivibus turget, nullis aggeribus, ac munimentis cohercetur; imo aggera:
rum suarum rumore, et celeritate eos, qui illum intuentur absterret: na
ves autem impossibilitas tanta deceptur ferocitate, ut uno, breve temporis mo:
mento quingentorum passuum iter absolvant, Chardin voyage de Pers
incolae, hunc fluvium ex traditione putant ex terrestri Paradyso pro:
dire, Paulus Lucas voyage du Levant t.1 c.27. Summa sit ea quae de so:
li illius, quod fluvius alluit, tradit Strabo l. 11., terra hanc quodlibet segetum
ferre genus ait, quum exedunt. vites tot racemis ingraves esse, ut nunquam
omnes colligantur, multis praeterea in locis, cui semel satum fuerit, bis, terque
messis pariter, et primum quinquagies semen multiplicatum colligit, quum
tamen tellus instaurata fuerit, non ferreo aratro, uti mos est, sed ligneo tantum
proscissa caelum nunc in morum lene est vitis cultore non indigent, et post
quintum durarat annum putantur tonsile, arbores 2do statim anno fructus
emittunt. En autem quae sit Regionum terrestri Paradyso finitimarum ubertas.
Quid tamen sit ante praeceptum? Nos tamen nihil invidendum, moralia de verbo dei, quod prae
tamen aspicit contemnendum, de eleemosyna ejus, de illo leve hoc, et momentaneae
nostrae tribulationis, aeternum gloriae pondus operatur in caelo etc.

62. Ipse est qui circuit omnem terram Ethyopiae. Moyses ait Gehon
universam terram Chus irrigare „ maximi momenti est hanc regionem
Chus invenire, sed cum hac de re in diversa Auctores abeant, res est maxi:
mis difficultatibus praepedita. Septuaginta nomen Chus passim Ethyopiam
reddidere, quibus subscribit S. Hieronymus, qui in quaestionibus suis in Gen. c. 10 ne
ait, a Judaeis Ethyopiam vulgato nomine terram Chus appellari. Josephus
quoque l. 1. c. 7. Antiq. refert, Ethyopes semet Chus vocare, atque hoc no:
mine ab Asia universa distingui. Videntur etiam versus de Ethyopia esse
explicanda, quae de Regione Chus in Isaia 11. 12 dicuntur: adjiciet
dominus 2do manum suam ad possidendum reliquum populi sui, qui relin:
quetur ab Assyriis, et ab Egypto, et a Phetros et ab Chus „ seu Ethyo:
pia, et Ezech 29. 10 - daboque terram Egypti in solitudines, gladio dissi:
patam a turre Syenes, usque ad terminos Chus „. seu Ethiopiae Itaque
terram

Regio Egypto e proxima, et simul cum Egypto fuit in captivitate redacta. Jeremias 13. 23. eo prorsus modo non posse Judeos vivendi rationem immutare, ac, quo neque Chusei pelle colorem immutant.

63. Adversus hoc auctoritatem haud sane spernendam, robur Bochartus Geograph. sacræ l. 4. c. 2. ostendit, veram Regionem Chus partim fuisse Arabiæ petreæ, partim vero Arabiæ felicis, ac presertim late patuisse ad ima usque Euphratis [illegible] partim, ac secus Rubrum littus. Huius vero sententiæ hec ferme sunt argumenta. Primo Regio Chus eadem est ac Madian, iuxta ea Habacuc verba 3. 7. „vidi tentoria Ethiopiæ, turbabuntur pelles terræ Madian.„ At Madian procul dubio ad Rubrum mare erat posita, atque in Arabia ex unanimi Ptolomei, Josephi, et S. Hieronymi sententia. Chus vero in eadem erat regione. Secundo Paraphrastes Jonathan pro Chus Gen. 10. 6. Arabiam vertit. Tertio Job 28. 19. loquitur de Topazio Chus; Topazius vero nisi in insula rubri maris inveniri poterat (ex Plin. l. 37. c. 8. Strabone l. 11. p. 769) ei regioni de qua loquimur finitima. Quarto Ezechielis locum 29. 10. quem protulimus ad eorum sententiam firmandam qui Chus nomine Ethiopiam intelligunt, in sententiæ suæ argumentum vertit: „daboque terram Egypti in solitudines gladio dissipatam a turre Syenes usque ad terminos Chus„. Credit n. hoc in loco Propheta duos Egypti terminos innuere, meridionalem alterum prope Syenem civitatem in Ethiopiæ finibus positam Strabo l. 17, Plin. l. 5 c. 9, Solin. c. 35; alterum borealem, vel potius orientalem in Regione Chus, et in extrema rubri maris ora. Quinto observat Tharaca Rege Chus venisse, ut cum Sennacherib iuxta Lobnam 4 Reg. 19. 9. ad meridiem Tribus Juda sita [illegible] pugnam aggrederetur, et Zaram eiusdem Regionis Regem contra Asam Regem Juda venisse cum decies centenis millibus militum venisse 2 Paral. 14. 9. [illegible] ea fuisse in valle Sephata iuxta Maresam ad Tribus Juda [illegible] meridiem. At quomodonam Ethiopiæ Reges ab iis terris quæ ultra [illegible] fontes iacent, in regiones illa bella intulissent, quin prius Egypti [illegible]

superavissent? Quenam eā in bello coegisset principes adeo remotas inco:
lentes terras, et qui se mutuo minime nossent? Sexto Isaias 20.4 s. præ:
nuntiata Ægyptiorum, et Chusæorum captivitate, ait, Azotios, Philistæos,
destitutos iri subsidijs, quæ ab Chus, et Ægypto præstolabantur — con:
fundentur ab Æthiopia (a Chus) spe sua, et ab Ægypto gloria sua 11.
ne equidem ab Æthiopia quæ longissime aberat, auxilia præstolabantur,
sed a regione Chus, quæ ad Philistinorum usque fines patebat. Septimo
Isaias denique 18.1., et Sophonias 3.10. nobis Ægyptum exhibent veluti
trans fluvios regionis Chus positam; at si de Æthiopia quæ est ad Ægypti
meridiem loqui voluissent e contra dicere debuissent, Æthiopia trans
Ægypti fluvios patere. De alia igitur regione Chus loqui voluerunt,
quæ alia sane esse nequit ab ea, quam in Ægypti finibus fuisse diximus,
quæ ab Ægypti torrente Besor, et Rhinocorure, ac Troiano flu:
mine, quod in rubrum mare dilabitur, et denique alveo Nili maximo Orien:
tali, qui regionem Chus ab Ægypto segregabat, dividebatur.

69. Bochartus ostendit hos Chusæos de quibus sæpius Scriptura lo:
quitur, eosdem esse ac Arabes Scenitas admodum veteribus notos, et eosdem ac
Saracenos recentioribus celeberrimos, et eorum Regionem hodie nuncu:
pari ~~Hegiaz~~ Hegiaz, et Medinam, et Meccam urbes eorum esse princi:
pes; et ad Ieremiæ locum 13.23. ubi ait — Chus poterit ne pellis suæ co:
lorem mutare? — respondet hos populos longe nigriores fuisse quam Iudæos.
Hi quippe buxei coloris erant, Chusæi vero penitus nigri.

70. Hæc habes quæ de his ille ingenij vir Bochartus ait, cui li:
benter subscribimus in eo quod asserit de Regione Chus Ægypto proxima,
ac in Erithræi maris litore collocata. Verum credimus in Scriptura agnoscendas
esse plures regiones Chus, quæ multo potuerunt a minoribus Chus plagis
Cham, atque alijs temporibus, ac diverso illuc Colonias deductæ. Cum n. Chus
ex Ægypto originem duxerit, quandoquidem Cham illius pater ibi locorum immo:
ratus est, minime difficile est ipsum sui nominis vestigia reliquisse in Ara:
bia, et in oris rubri maris, quæ penitus cum Ægypto cohærent. Num.
12.1 et 2 Paralip. 14.9. et 21.16, quod ipsa ex pluribus Scripturæ locis evincit,
ubi

ubi Chusij orientis in Arabia, et in finib. Egypti. Non q credimus quorumq.
veterum aut Interpretum auctoritati nob. esse obsistendum, qui Chusios in Ethio:
pia statuunt. Verum statuere n audi, an Ethiopes qui sunt et ad me
ridiem Egypti immorantur, illuc ante an post Moisen accesserint. Eusebius
quorum in hanc regione adventu (que ante Etheria, l. Eria nunc
nuncupabatur ut aiunt Strabo l. 2, Plin l. 5. c. 30, Hesychius) statuit sub
Rege Amenophi, l. potius Thatmosi, triginta annos prime ante q.
Moises nasceretur. Homerus, et post ipsum Strabo l. 1 p. 29., docet E:
thiopes fuisse in Oriente, et Occidente, citra et trans mare rubrum
in Africa, et in Asia. Ethiopes itq., qui ad meridiem Egypti incolunt
advene s, atq. illuc aliunde appulerunt, et Chusij Arabie, qui
ad maris Orienti habitant, palam ab aliquo filiorum Cham patre
Mizraim origine deducti sunt, qui Mizraim pater fuit Egyptio:
rum. Ipsi qui nos docent Ethiopum adventu in meridionalem par
tem Egypti, aiunt, illos ascendisse ex inferiorib. fluminis Indi pla
gis, eorq. assentiunt ipsos Indos fuisse ab Origine. Verum quemad:
modum Indorum nomen latius patuit, et olim tributum fuit (ut obser:
vat Plin l. 6 c. 20) Iberiis, que s citra flumen Indum, et quidem
etiam Libie, Egypti, Ethiopie, Arabie, atq Palestine, nihil à veri
tate alienum erit, si dixerimus Ethiopes, qui ad Egypti meridiem in:
colebant, esse longinquiores accolas terre, que ex orientali rubri ma
ris plaga. .

1° Sed hoc agit, ut Regio Chus ad Araxe inventa sit ex 1°
supponit ~~Chuth~~ Cuth, et Chus in Spà esse nomen. 2° ex no
minum similitudine supponit ~~Chus~~ Cuth, vel Cutha esse Schytas, l.
Scythas, tum probat Scythas incoluisse Araxis littora

61.) Nomen vero fluminis Tigris, ipse vadit contra
Assyrios. Sed fatentur totum hunc fluvium, quem Hebr. Chidkel
nuncupant, esse Tigrim Latinos Diglito appellabant, et hodie quoque
legitur l. Tigil vocatur. Diglat vero dicitur in Iosepho, in Paraphrasti

Chaldeo,

Chaldæo, in Versionib. Arabicis, et Persicis. Pernicissimus huius fluminis
lapsus Tigris nomen illi indidit, qd sagittam apud Medos significat ut do:
cet Plinius l. 2. c. 27. Sed melius nomen hoc deduci pt ex Hebraicao:
ce Chidkel, aut Diglit, l. Tiglit D in T littera mutata, et L in R. Jo:
sephus Antiq l. 1. c. 1. ait, nomen hoc significare clavum, et pungentem

68. Moyses de Tigri flumine disserens ait, illum ~~eo Assyriorum~~
ante Assyriam קדמת אשור Kidemath Assur labi, vel in conspectu
Assyriæ. Qui Assyriam trans statuunt, atq ad Orientem Tigris, posterio:
rem hanc versionem amplecti possunt, quoniam revera Tigris fluit
ante hanc provinciam, eamq: a Mesopotamia sejungit. Sed qui arbitrantur
Assyriam veterem in Mesopotamia patuisse, atq citra Tigrim, nati:
prorsus rone Moysem explicant dicentes, Tigrim fluere ad Assyriæ
Orientem, quoniam revera huius provinciæ Orientalem partem alluit.
Arrianus l. 7. exped Alex, et Amianus Marcel. l. 33. c. 20 historiæ
suæ, Assyriam inter Tigrim et Euphratem constituunt; o Scriptores plerique
trans Tigrim statuunt; atq. hic verus e veteris regionis Assur situs:

69. Plinius l 6 c. 27 diligentius originem et lapsum Tigris descri:
bit. Tigris fluminis origo e a detecto fonte in Armeniæ maioris a:
gro. Locus hic vocatur Elongosine. Fluvius statim Diglito appellatus, o si:
multum vehementius fluere incipit, Tigris nomen illi tribuit, - - - In
lacum Arethusam incidit - - -, atq. oblique p ipsum labitur, quin aquas
suas aquis lacus immisceat. Inde egressus Taurum montem offendit, quem
p specum quendam penetrat, unde post aliqd intervallum ex altero montis
latere elabitur. Iterum quoq obtegitur postq Thospitem lacum e pretr:
gressus. Tandem, ubi iterum fluit et cingit multis parvum flat, atq.
inde iterum prodit prope Nymphæum.

70. Vidimus iam de Araxis origine, atq istic quoq. videmus
horum fluminum fontes exacte statui n posse, atq potuisse quidem locum imitare
post Moysis tempora, atq hodie longinquos nimis videri: qq tunc tem:
pori prope invicem fuerunt

11 Fluvius aut

71. Fluvius autem quartus ipse est Euphrates. Hic e maximus celeberrimusq. terrarum est fluvius. Strabo l. 11 et Plin. l. 5 c. 24 illius originem in monte Abo aut Aba statuunt in Armenia, et in reliquis fere hi duo auctores conveniunt. Strabo ait Euphratem elabi ex septentrionali Tauri montis latere, et illico occidentem versus fluere, ac deinceps meridiem versus delabi; Plinius vero asserit virorum qui ea loca scrutati fuerant testimonio innixus, Euphratem a septentrione in meridiem ferri, ac deinde in Occasum reverti. Animadvertit flumen hoc vocatum fuisse Pyxuratem in ipsa origine, Omiram vero cum fines Tauri montis ingreditur, nec Euphratem appellatum, nisi ex horum montium gurgitibus egressum. Hec nominum varietas quae Regionum incolae Euphrati tribuunt, et Tigri, pro aliis locis qua fluunt, non parum afferre potuerunt, ut in sententias alias, atq. alias hoc irent, quae de ipsorum origine quam veteres invenimus.

72. Regio quae est circum Euphratis origines, ad hanc usque diem veteris felicitatis vestigia tenet. Dicunt prope Erzerum hordeum 40, triticum vero dies 60. crescere. Calmet.

73. S. Aug. de Gen. ad lit. l. 8 c. 1, et de Civit. l. 13 c. 21 quaestionem instituit, ut Paradisus a Mose descriptus spiritualis sit, an materialis, an utrumq. simul. Credibile autem est difficultatibus, quas sanctus Doctor ad litteram explicatur: quae ergo Moises ait, invenit, adactum fuisse, ut hanc quaestionem iniret; et verum est non posse nisi maxima cum difficultate ad literam explicari, ergo sacer author ingenti atq. longius minoris esse negotii in allegoriam, ut spiritualem sensum intelligere, de statu felicitatis, et innocentiae, in quo versabatur Adam, quam ad litteram explicare. Verum Moisis textus innuit, materialem esse intelligendum, et spiritualis status Adami in Paradyso non nisi indirecte cum expressionibus in textu. atq. ideo Sanctus ille doctor qui monuit Paradysum simul materialem esse, et spiritualem diversorum habita ratione (nam ubi situs erat, materialis est; eorum Beatorum status, cuius symbolum erat spiritualis.
Calmet

74

74. Et fluvius egrediebatur de loco voluptatis Hebr. ex Eden. In Eden erat Paradysus, ita 70. Nostri Eden ut proprium, ut appellativum acceperunt, nunc significat voluptatem. Stugas auctor alias ingeniosus, qui Eden, et consequenter Paradysum fuisse in Hedin, sive Hedinis, quae urbs e Assyriae, tum ex aliis tum ex affinitate nominum probare studuit. a Lapide

75. Ad irrigandum Paradisum, vel per varios fluctus, et sinus se intorquens, ut Meander, vel per meatus occultos Paradisum permeabat.

76. Hevilath multi volunt esse Indiam, verum ut dixi u s, Hevila potius hic e regio vicina Susianae, Bactrianae, et Persidi, iacens inter Assyria et Palestinam, opposita Sur. Sic n accipit Hevila 1. Reg 15.7., et Gen 25.18. ita dicta e ab Hevila filio Jectan de quo Gen. 10 29.

77. Circuit id e ambiendo, vel circulando, d perlambendo, et peragrando. sic sumitur circuire pro peragrare Hebr 11.7, Mat 23.15.

78. Gehon dicitur diu ab Hebr. גחון goach, id e venter, vel pectus, quod sit quasi venter, scaturiens sordibus, lutoque plenus; unde putant multi Gehon esse Nilum, qui regio quasi pectore, incubat Egypto eamque foecundat.

79. Multorum Patrum, et Doctorum sententia e, Geon esse Nilum, Phison esse Gangem. ita S. Epiphan., August., Ambros., Hieron., Theodoret, Josephus, Damasc., Isidor, Eucher, Raban, Rupert, et alii quos citant et sequuntur Conimbricenses in meteora tr. 4 c. 10, et Ribera in Amos 6 n. 49., et Bellarm. de gratia primi Hom c. 12. a Lapide u s
Et pr 1° quia 70 Jerem 2.18. pro Nilo vertunt Geon, unde etiamnum hodie Abyssini Nilum vocant Guijon teste Francisco Alvarez Hist. Ethiopiae c 122. Sed respondeo pr Geon esse nomen plurium fluviorum, nam et iuxta Jerusalem erat rivulus Geon, sive Gion (nec n duo idem s) Ubique n in Hebreo s
caeem

eadē vox ~~Gyon~~ (גיחון gichon) ubi unctus ē Salomon in Regem 3 Reg 1.33.38.48., et 2. Paral. 32.30. Secundo, quia Ganges proprie circuit terrā Hevilath, id ē Indiā (ut Gen 10 2 docet S. Hieron., et alij passim) quę ē intra Gangē, ubi aurū ē optimū; imò ipse Ganges, teste Plinio, ē aurifer, et gemifer. Porro Ganges vocat. Phison, id ē multitudo, a radice פוש pu id ē luxuriare, multiplicari, quia decē magna flumina in Gangem se exonerant, ita Josephus l. 1. Antiq. 2. Isidorus l. 13 Etymolog. 21. Pari modo Geon, id ē Nilus, circuit Ęthiopiā, sive Abyssiam ubi regnat Preto Ioannes. Nili etiā inundatio ē celeberrima, hanc au. ipsi Geon tribuit Ecclesiasticus c. 24 v. 35. 37.

Sed dices: quomodo Ganges et Nilus, qui remotissimi s. a Tigri, et Euphrate, ex eodē cū ijs fonte, et fluvio Paradisi nasci possunt? Ita Ganges orit in Caucaso monte Indię, Euphrates, et Tigris in montib Armenię, Nilus ex montib Lunę versus promontoriū Bonę spei, l. potius ex lacu quodā Regni Congi, uti notarunt qui hoc seculo illa loca lustrarunt: hę au origines a se invicē, et consequent a flumine Paradisi remotissimę sunt. Hęc sane ingens ē difficultas, ad q. R.t S. Aug.s 8. de Gen ad lit c. 7, Theodoret, Rupert, et alij, Ganges et Nilū e terrestri Paradiso oriri, & subterraneis cuniculis, et meatib abscondi, donec locis iā dictis erumpant, idq. dei consilio ad occultandū Paradisū. Imo Pausan in Corinthiacis, et ~~Philostr~~ Philostrat l. de vita Apollonij c. 14 aiunt, credi esse qui putant ex Euphrate terra condito, ac postea supra Ęthiopiā prodeunti, Nilū effici, qd apte respondet sacrę Scrip hic c. 2. quę hęc quatuor flumina ex una fonte profluere insinuat. Nec mirū ē Ganges et Nilū ita condi, et tā remote erumpere, nā et mare Caspiū ab Oceano Artico remotissimo p meatus subterraneos prodire docet S. Basilius, Strabo, Plinius, et Dio.

nysius

rysius l de situ Orbis. jmo multi censent, oia etiam remotissima flu:
mina, fontes et aquas oriri ex mari et abysso illo subterranea p
venas subterraneas uti dixi c. 1. v. 9. Ex hac q. abysso primo
ingens fluvius oriebatur in Paradiso; deus n. cu Paradisi decore vo:
luit, ut ex eo oriens, quasi matrix reliquorum in hec quatuor
flumina se dispertiret, post peccatu vero Ade, deus hunc Pa:
radisi fluviu l totu terra obruit, l latere voluit, ut magis late:
ret Paradisus.

61. Verum incredibile videtur tanto et tam vasto spatio hoc Pa:
radisi flumen, l potius quatuor flumina sub terra se abdere, et
postea tam dissitis locis erumpere. Nam ut docet Ptolomeus, inter Euphra
tem et Gangem intercedit spatium 70. graduum, i.e. plus 4300. mil
liarium. Idem de Nilo dici potest. Secundo hec quatuor flumina
locis paulo ante dictis, et satis cognitis ita modice oriuntur, ut sta:
tim appareat, ea ibi primum nasci, ac deinde confluentibus hinc inde
rivulis paulatim adolescere; q. n. nascuntur ex uno illo flumine
magno Paradisi. Tertio Viegas in Apoc. c. 11. sect. 5. aliiq. viri
doctissimi adnotarunt, nec Indiam, nec Gangem, nec alias Re:
giones aut fluvios que s. ultra sinum Persicum, vocari in Scriptura
Orientales, l Orientem, sed tantum illas que s. citra sinum Persicum,
velut Armeniam, Arabiam, Mesopotamiam. Harum q. incolas, pu
ta Arabes, Idumeos, Madianitas, Armenos vocant Orientales,
l filii Orientis respectu Judeorum; atqui Paradisus fuit in Oriente,
ut habent septuaginta. Quarto si Geon e Nilus, et Phison
Ganges q. Paradisus complexus e oes Regiones intercedentes
inter Nilum Euphratem, Tigrim, et Gangem, puta Babyloniam, Ar:
meniam, Mesopotamiam Syriam, Medium, Persiam, multasq. alias.
Admittunt hoc nonnulli, s. parum probabiliter, ut videtur; nam
Paradisus vocatur hic hortus voluptatis, quis vero unq. tantum
vidit hortum? Hinc sequitur Phison n. ee Gangem, nec Geon ee
Nilum?

Nilum ...

82. Dico ig., Paradisum videtur fuisse circa Mesopotamiam et Armeniam. Pr. 1° quia hae regiones in Spa vocantur orientales. 2° quia hoies eiecti e Paradiso primum has regiones incolere coeperunt, tum ante diluvium ut patet de Cain, qui habitavit in Eden Gen. 4.16, tum post diluvium, quam sitas prope Paradisum, deoque ceteris fertiliores ut patet Gen. 6 et 11. Tertio quia Paradisus fuit Eden, ut vertunt 70, Eden au. fuit iuxta Haran, ut patet Ezechielis 27.23. Isaie 37.12. Haran au. e circa Mesopotamiam. Haran n. sive Carrhe, urbs est Parthorum, ubi caesus e Crassus. Quarto quia ibi e Paradisus, ubi s Euphrates et Tigris ut patet hic c. ... atque hi s in Mesopotamia, et Armenia. Euphrates n. e fluvius Babyloniae, inter quem et Tigrim intercepta Regio Mesopotamia (quasi dicas in medio duorum fluviorum sita) vocatur. Quinto quia hae regiones s amenissime, et fertilissime. Sexto quia Paradisus ... adeo longe dissitus fuisse videtur a Iudea, unde ac Mesopotamia et ~~adeo~~ ~~longe~~ ~~distans~~ e a Iudea nec adeo dissita e; nam tradunt Patres Adamum Paradiso eiectum, peractis aliquot annis venisse in Iudeam ibique mortuum ac sepultum ee in monte, qui a posteris, qd ibi caput primi hois invenerit, Calvarie mons fuerit appellatus, in quo Xtus ... ipsius Ade peccata luit, et expiavit. Ita tradunt Origen. Cyprian. Athanas. Basil. et alij passim, uno excepto et repugnante S. Hieronimo. ut dixi Matt 27.33

83. ... constat quinam fluvij sint Phison, et Gehon eos tn adhuc extare satis liquet ex Eccles. 24.35. Rursus n constat an quatuor hec flumina oriantur ex flumine Paradisi, an vero flumen Paradisi in hec quatuor tantu influat l in ea se dividat Moses n. tantu dicit qd hic fluvius dividatur in quatuor capita. quatuor au. capita vocat ipsos quatuor fluvios qui unum, hoc flumen Paradisi in quatuor quasi ramos, l capita dividunt ...

sive ex eo oriant et profluant, sive n: ita n. ipse Moses se mox
explicare videt. Probabilis tn. è sententia Pererij, Oleastri, Eugu-
bini, Vatabli hic, et Tireni in c. 143. Chronici Tirini, Phison
Gehon, ee flumina quae ex Euphrate, et Tigri coeuntibus ena-
scunt. Pro quo nota, Tigrim et Euphraten supra sinum Persicum
in unum tandem coire, ac rursum dividi, utrumq. nomen mutare. Ille
n. qui in sinum Persicum delabens dicit Pasitigris, sive Phasitigris,
(qui videt ee Phison) celebris apud Curtium, Plinium, et alios: hic
circuit terram Hevilath, idest Chavila, q. puta Chaulatheos,
quos Strabo l. 16. in Arabia ponit prope Mesopotamiam. Alter
Arabiam desertam et loca vicina praeteriens videt ee is qui hic Ge-
hon dicit: hic circuit Ethiopiam, n. illam Abyssinorum, quae est infra Ae-
gyptum, sed illam quae circa Arabiam, in Scriptura: nam Madianitae, aliiq. iuxta
sinum Persicum, et Arabiam habitantes vocant Ethiopes. Paradisus q.
videt fuisse eo loco quo confluunt Euphrates, et Tigris, ab illo n. confluxu
dividunt, et discriminant, in quatuor haec flumina superius n. s. Euphra-
tes et Tigris; deorsum vero sunt Gehon, et Phasitigris, sive Phison. Q.
n. hi fluvij iuxta concurrant rursum dividant, clare patet ex exacto-
ribus tabulis Cosmographicis Gerardi Mercatoris, Ortelij, et aliorum. Mer-
cator n. in Asiae tabula 4. manifeste ostendit, Tigrim et Euphraten con-
venire iuxta Apamiam, et rursum dividi iuxta urbe, quae dicit Alva,
atq. efficere insulam Seleucia magnam satis, ac denique utrumq. in sinum
Persicum influere, itq. deinde. Adde verisimile ee hos fluvios tem-
pore Mosis magis fuisse divisos, eo qd postea mutaverint alveos ma-
gisq. confluxerint, uti a tempore Mosis multa alia flumina et maria
mutaverint locum et alveum, ut notavit. Pererius. Hoc sub tempora
Mosis haec quatuor flumina Paradisi fuisse plane divisa, patet
ex eo, qd ipse illa quasi separata, et vulgo nota describit, eaq.
Iudaeis proponit, ut ipsi ex illis quo loco fuerit Paradisus co-
gnoscerent.

... fluminum quatuor inter Euphrates. Hic a maximis ...

84. Q. in Paradiso fuerint animalia tum volatilia, tum quadrupedia, et pisces. pag. 66. a.

85. Et paradisus adhuc supersit pag. [illegible] 6

86. Paradoxum est quod asserit Rupertus 2. de Spiritu c. 24 et 29 aquas natura sua esse salsas, et sicut iecur fons est sanguinis, ita fontem hunc Paradisi fontem esse omnium aquarum dulcium, quae sunt per totum orbem, et consequenter eundem fontem parentem esse, et auctorem omnium germinum, arborum, gemmarum, et aromatum.

